Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

eius. Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebre eius
interrogant filios hominum. Dominus interrogat iustum et im
pium: qui autem diligit iniquitatem odit animam suam. Pluet
super peccatores laqueos: ignis et sulphur et spiritus procellarum
pars calicis eorum. Quoniam iustus dominus et iusticias dilexit:
equitatem vidit vultus eius. an. Deus iudex iustus fortis
et longanimis numquid irascetur per singulos dies. an. Tu domine
Salvum me fac domine: quoniam defecit sanctus: quoniam diminute sunt veritates
a filiis hominum. Vana locuti sunt unusquisque ad
proximum suum: labia dolosa in corde et corde locuti sunt.
Disperdat dominus universa labia dolosa et linguam mag
niloquam. Qui dixerunt linguam nostram magnificabi
mus labia nostra a nobis sunt quis noster dominus est. Propter
miseriam inopum et gemitum pauperum nunc exurgam
dicit dominus. Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo.
Eloquia domini eloquia casta argentum igne examina
tum probatum terre purgatum septuplum. Tu domine serva
bis nos et custodies nos a generatione hac in eternum.
In circuitu impii ambulant secundum altitudinem tuam multi
plicasti filios hominum. Gloria patri.
Usque quo domine oblivisceris me in finem: usque quo aver
tis faciem tuam a me. Quamdiu ponam consilia in anima
mea: dolorem in corde meo per diem. Usque quo exaltabitur
inimicus meus super me: respice et exaudi me domine deus
meus. Illumina oculos meos ne umquam obdormiam
in morte: ne quando dicat inimicus meus prevalui adversus
eum. Qui tribulant me exultabunt si motus fuero:
ego autem in misericordia tua speravi. Exultabit cor meum
in salutari tuo: cantabo domino qui bona tribuit mi:
et psallam nomini domini altissimi. Gloria patri

12